

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG\\_0144](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG_0144)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## EXPLICATIO

### Tabula Sexagesima Quinta,

Quæ ramum exhibit *Cananga vulgaris*, ubi Litt. A. flore naturali forma & magnitudine denotat.

- B. Ejus fructum.
- C. Fructum dissectum.
- D. Officula seminalia.

## OBSERVATIO.

Nomine *Canangæ arboris* a *Valent.* p. 213. describitur, & in *Tabula* sub No. XLII. exhibetur.

## CAPUT VIGESIMUM.

### *Canangæ silvestres. Cananga Oetan.*

**S**ilvestris *Cananga domesticæ* similis est, excepto quod folia ejus sint majora & latiora, nec ejus truncus ita crassus vel altus est quam *domesticæ*. Flores non racemosi, sed solitarii dependent, & constructi sunt ex tribus amplis & sinuosis petalis, que putarentur parva esse ipsius arboris folia, si coltas haberent, suntque pallida, citrini coloris, in medio autem breve & trigonum appetit pistillum, majus quam *Dammaræ Selanicæ*, quod apertum intus exhibit flava filamenta seu stamina. Recentes hujus arboris flores debilem spirant odorem, siccii vero ita penetrantem ac *domesticæ*: Sponte crescit in silvis juxta litus & in montibus ac potissimum in regione Hitoensi.

*Nomen.* Latine *Cananga silvestris*. Malaice *Cananga Oetan*. Amboinice *Coppaanabat*.

*Uſus.* Parum hæc arbor præbet uſus, excepto quod tenuiores ejus ac recti trunci adhibeantur ad tigilla tectorum & ædium supremam partem, non diu autem durant, quum non modo cito exſiccentur, sed ſubito etiam pereant.

In *Rumphii Appendix* Caput hoc ſequenti ampliatum eſt modo.

Sub *silvestris* *Canangæ* nomine tres mihi obveniunt arbores quas omnes hoc in capite deſcribam, dum parvi ſunt uſus ac momenti.

Primo, *Cananga silvestris prima*, ſive trifolia mixtam habet *Champaccæ* & *Canangæ* formam, hæc enim arbor optime Champaccam refert, truncum gerens mediocrem, ex quo rari & breves progerminant rami rotundi, glabroque obduci cortice, qui in paucos divisi ſunt ramulos, horum ſummo magna incident folia brevifimis innixa pedunculis ſine ordine, *Canarii* foliis quodammodo ſimilia, ſed anguftiora, novem longa pollices, vix tres lata, ſuperior ipsorum pars æqualis eſt, ſed parum rugofa & quaſi granulosa videtur, ab inferiore autem parte nervus medius protuberat dorſo acuto, laterales vero coſtae ſunt rarae ac tenues, foliumque ipsum illo in loco eſt molle & lanuginosum, ſi tangatur.

Inter & ſub foliis flores progerminant longo infiden-tes petiolo, magnitudine florū Champaccæ, conſtructi ex tribus magnis & ſinuosis petalis virentibus, qui calicuло incident tripetalo, acuto, inſtar floris *Canangæ*, ex ejus centro capitulum elevatur trigonum, quod in fructum excrescit: Petala hæc tria ſunt ſtriata & grata quodammodo ſpirantia, alioquin pro junioribus ipsius arboris foliis haberentur, capitulum autem iſtud trigonum & acutum in tres ſeſe aperiens lamellas duras plurima exhibet brevia stamina, quæ aliud ambiunt capitulum, quod ipsum fructus eſt rudimentum. Longe poſt folia fructus hi excrescunt tres & quatuor perfecti, novem vero ſimil ſepe una in arbore ra-cemosi excrescunt uno ex pedunculo in ramis, qui magni-

## UYTLEGGING

### Van de vyf-en-ſeſtigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de tamme *Cananga*-boom alwaar Lett. A. vertoont de bloem in zyn natuuryke grootte en gedaante.  
B. Deszelfs vrucht.  
C. Dezelve geopend.  
D. De zaat-korrels.

## AANMERKING.

Onder de naam van *Cananga*-boom wertze by *Valent.* p. 213. beschreven, en op de Plaat onder No. XLII. verbeelt.

## XX. HOOFTSTUK.

### *De wilde Cananga-Boomen.*

**D**e wilde *Cananga* is de tamme meeft gelyk, behalven dat de bladeren groter en breder zyn, den ſtam werd ook zo dik en hoog niet, gelyk aan de tamme, de bloemen hangen niet met bosjes by malkander, maar ydel, en zyn gemaakt van drie breedte en bochtige bladeren, die men voor kleine bladeren van den boom zoude aanzien, zoze geribt waren, bleek, Citroen-geel, in de midden ziet men een kort en wat drieboekig kegeltje, wat grooter dan in de *Dammar Selan*, 't welk geopend zynde, vertoont van binnen eenige gele draatjes. De versche bloemen bebben een ſlappen reuk, maar gedroogt zynde, al zo ſterk als de tamme. Het waſt van zelfs in de Boſſchen, zo langs de strand, als op 't gebergte, en meeft op 't Hitoefſche Land.

Naam. In 't Latyn *Cananga Silvestris*, op Maleys Cananga Oetan. Op Amboins Coppaanabat.

Gebruik. Men heeft weinig gebruik van dezen boom, behalven dat men de dunne en regte ſtammen zomtyds neemt tot ſparren van dakken en bovenwerk van huizen, die niet lang duuren kunnen, om dat het niet alleen ligt opdroogt, maar ook baſt bederft.

In de Apendix van Rumphius is dit Heoftſtuk op de volgende wyze verbeterd.

Onder den naam van wilde *Cananga*, zyn mydriederieli boomen voorgekomen, dewelke ik alle drie in dit Kapittel beschryven zal, dewylze doch van klein gebruik zyn.

1. *Cananga Silvestris prima* ſive trifolia, heeft een gemengt fatzoen van *Tsjampacca* en *Cananga*, want den boom gelykt best na een *Tsjampacca*-boom, met een middelbare ſtam, daar aan weinige en korte takken staan, rondt, en met een effene ſchorſe bekleet, en in weinige regte takſkens verdeelt, aan 't einde derzelver staan grote bladeren, op zeer korte voetjens zonder order, die van *Canary* eenigzints gelyk, doch ſmalder, 9. duimen lank, ſchaars 3. breed, aan de boven-zyde ſteekt niet met al uit, behalven datze wat ruig en korrelig ſchynen, aan de onderſte zyde puilt de middelzenwe verre uit met een ſcherpe rugge, maar de zyde-ribben zyn weinig, en ſubtiel, ook is het blad aldaar zagt, en als wolachtig in 't aantaften.

Tuſſchen en achter de bladeren komt de bloem voort en kelt, op een lankachtig ſteeltje, in de grootte van een *Tsjampacca*-bloem, gemaakt van 3. breedte en bogtige bladeren, van coleur groen, op een 3. ſpitsig voetje rustende als de *Cananga*-bloem, in de midden met een verheven driezydige knop, waar uit de vrucht wert. Deze drie bladeren zyn wat geſtreep, en eenigzins welriekende, anders zoude menze voor jonge bladeren van den boom aanzien, den voornoemde driezydige en ſpitze knop, zig in 3. harde ſchillen openende, vertoont vele korte draatjes, omgevende een ander ſpits knopje, het welk 't regte beginzel van de vrucht is. Verre achter de bladeren komen deze vruchten tot perfectie 3. en 4. en 9. uit eenen boom by malkanderen op eenen ſteel aan de takken, dezelve zyn

magnitudinem Prunorum habent, suntque oblongo-rotundi, brevi obtusoque apice coronati, & ad latus sulco notati sunt, externe autem parum rugosi sunt & granulosi: Putamen vero exterius durius est quam quidem herbaceæ substantia, neutiquam tamen lignosum. Intus tria continentur officula plana, mucosa obducta carne, transversaliter posita, & quadam parte pellicula separata, quæ exteriori adnectitur putamini.

Quodvis officulum seu nucleus tectus est dura & spadicea gluma ad oras rugosa, magisque fusco colore distincta. Sub hac gluma reconditur substantia plana, colorem & formam fructus Musæ emaradi referens, quodammodo gratum & aromaticum spirans odorem.

Trunci cortex est cinereus instar Champaccæ, satis crassus, siue incidunt, vicosus exstallat succus, qui in album exsiccatur & condensatur gummi, quod odoratum est instar nuclei. Trunci lignum leve est & molle, ac quodammodo odoratum. Rami sunt breves ac facile disrumpuntur.

*Nomen.* Latine *Cananga silvestris trifolia*. Malaice *Cananga Oetan*. Ab Amboinenibus varia ipsi inposita sunt nomina; vulgo autem ipsi vocatur *Coeban Abbal* h. e. *flos silvestris*. Peculiariter autem haec prima species dicitur *Matta Auwe*, h. e. *oculus horti*, ex quam vero ratione me latet, alii autem illam habent pro *Leyitir Poeti*, h. e. *albus Lauraftier*, a quo tamen nimium differt. Caybobboenses illam vocant *Matta Ayn* seu *Ay-Hoa-Maroea*, Malaice vero *Boa Djoedjaroë*, h. e. femineus fructus ob subsequentem ejus sum.

*Locus.* Hinc inde in Amboina occurrit, sed raro, nunquam in altis montibus, sed in desertis hortis silvestribus, tam in planis quam in altioribus locis, unde memorata obtinuit nomina.

*Uius.* Hujus arboris paucæ partes sunt in usu, exceptis ejus nucleis seu officulis, quæ mulierculæ conterunt ad unguentum odoratum seu Boborri, quo inter lavandum corpus inungunt, ut bonum ipsi concident odorem; compertum vero est, si hisce fructibus solis corpus illiniatur, illud dolore affici.

Ejus lignum est leve, ad ædificia tamen adhibetur, hujus enim tenues & erecti trunci palis inserviunt, ut & ædium tectis, quod tamen haud diu durabile est, quem non tantum cito exsiccatur, sed etiam cito corrumpatur.

Secundo, *Cananga silvestris secunda*, sive *angustifolia*, forma & modo crecendi cum domestica convenient, ejus enim folia irregularis quoque sunt magnitudinis, a sex ad novem pollices longa, binos cum dimidio & tres lata. Flores sub foliis progerminant racemosi tam in ipsorum rachidibus quam in ramulis, ex sex petalis constructi, multo brevioribus quam in domestica, non ultra semi digitum longis, quisque vero trigono continetur planoque caliculo, qui longo adnectitur pedunculo. Petala haec circa pistillum locantur, quod componitur ex obtusis tubis, in quarum centro granulosum continetur capitulum instar frustuli Siribœ. Post deciduum florem pistillum hoc crassescit, magisque lignosum est, ac memoratum crassiusculum capitulum sepe dividit in 13 & 14 minorum capitula, quæ in totidem excrescent fructus, cuius & exemplum in Europa prostat in cerasis rubris, quorum quatuor vel septem saepe uno in pedunculo excrescent, quisque autem fructus magnitudinem habet Nucis avellanæ junioris, qui sub molli & temui putamine multa recondit plana & tenuia semina squamosa, penetrantem spirantia odorem.

Tertio, *Cananga silvestris tertia* sive *latifolia*, folia gerit illis Sjampaccæ magis accendentia, subtus nempe lanuginosa, multo tamen majora & superius subrotunda, octo pollices longa, quatuor lata.

Flores racemosi dependent plurimi, non in rachidibus, sed in ramis, qui ex sex petalis constructi sunt brevioribus quam in praecedente, quorum tria exteriora in triangulo locata sunt, tria vero interiora apici insident, quæ in centro capitulum continent uti in antecedente. Hic apex seu germen multo majus est, ex quo viginti vel viginti quinque fructus excrescent, brevibus insidentes pedunculis arcte adunati, sed non omnes adolescent. Hi magnitudinem habent perfectæ nucis Avellanæ, primo albentes, dein rubentes, ac demum

in de grootte van Pruimen, lankwerpig-ron, met een korte stompe spits boven op, en aan de zyde langs heenen met een naat, van buiten wat ruig, en korrelig. De buitenste schaal is harder dan kruidachtig, en echter niet boutachtig. Binnen vind men 3. vlakke korrels, met een slymerig vleesch omgeven, dwars leggende, en een stuk-weegs met scheyd-vellekens van malkanderen gescheiden, die aan de buitenste schaal vast zyn.

Ieder korrel is omgeven met een harde en Castanje-bruine schaal, aan de kanten rimpelig, en ligt-bruin. onder deze schaal vind men een vlakke heest, van substantie en couleur als oude Pinang, eenigzins welriekend en speceryachtig.

De schorffe des stams is ligt-graauw, gelyk aan den Tsjampacca-boom, redelyk dik, en als men daar in kapt, loopt er een slymerige zap uit, dewelke tot een witachte Gom stolt, en mede welriekende is als de heest. Het bout des stams is licht, en week, ook van eenigen reuk. De takken zyn kort, en breeken kort af.

Naam. In 't Latyn *Cananga silvestris trifolia*: Op Maleys Cananga Oetan, by de Amboinezen heeft by verscheide namen, want in 't gemeen noemt men hem Coeban Abbal, dat is wilde bloem. In 't byzonder hiet deze eerste soort Matta Auwe, dat is, *Oculus Horti*, oog of cieraat des *Thuins*, uit wat reden weet ik niet, andere willen het houden voor een Leyitir Poeti, dat is, witte Lauraftier, waar van het nogtans te veel verschilt. Die van Caybobbo noemen het Matta Ayn, of Ay-hoamaroea, en in 't Maleys Boa Djoedjaroe, dat is, meysjes vrucht, om zyn volgende gebruik.

Plaats. Men vind het bier en daar op Amboina, doch niet veel, geenzins in 't booge Bosch, maar altyd in verlatene *Thuinen*, zo in de vlakte als in 't hooger gebergte, waar van het de bovenstaande namen heeft.


Gebruik. Van denen boom werd weinig gebruikt, behalve de heesten uit de drie bovenstaande vlakke korrels, dewelke de Inlandze Vrouweltjens vryven tot een welriekende salve, of Boborri, waar mede zy onder't wassen't lyf bestryken, om een goede geur te krygen, doch men heeft bevonden, als men deze vruchten alleen op het lyfstrykt, datze de buit beserden.

Het bout is licht, werd echter tot den huishouw gebruikt, te weten, men neemt de dunne en regte stammen tot sparren van daken, en bovenwerk van huizen, die doch niet lang duuren kunnen, om dat het niet alleen ligt opdroogt, maar ook baast bederft.

2. *Cananga silvestris secunda* sive *angustifolia*, is aan wasdom en fatsoen de tamme naastkomende, want de bladeren zyn mede van ongelyke grootte, van zes tot negen duimen lank, twee en een half, en 3. dito breed. De bloemen komen achter de bladeren voort, met bosjens by malkander, zo wel aan de ryskens als aan de takskens, gemaakt van 6. bladeren, veel korter dan de tamme, te weten, niet boven een halve vinger lank, en ieder staat op een driehoekig plat voetje, en 't zelve op een lange steel. Zy staan rondom een heuveltje, gemaakt van stompes styltjes, en in de midden van 't zelve ziet men een korrelig knopje, als een stukje van een Siribœ. Na 't afvalen van de bloem werd een lange steel dikker, en boutachtiger, en 't voorname dikkere middelste knopje verdeelt zig in 13. en 14. andere knopjes, waar uit zo veel vruchten werden, waar van men een exemplum in Europa aan de rode Karfœn ziet, waar aan somtyds vier en zeven by malkander zitten op een steel, ieder vrucht is in de grootte van een jonge Hazenoot, onder een weeke schaal verbergende vele dunne platte zaaden als schubben, en sterke van reuk.

3. *Cananga silvestris tertia* sive *latifolia*, heeft bladeren met die van Tsjampaccæ naarder overeenkomende, te weten, van onderen wolachtig, doch veel grootter, en van vooren ronder, 8. duimen lank, 4. breed.

De bloemen hangen in trotsjens by malkander, niet aan de ryskens, maar aan de takken, gemaakt van 6. blaadjes wat korter dan de voorige, waar van de drie buitenste in een Triangel staan, en de 3. binnenste op een heuveltje verbergende een knop gelyk de voorige. Dit heuveltje, word veel groter, waar uit 20. en 25. vruchten wachsen op korte dikke voetjes in malkander gedrongen, doch komen niet alle tot perfectie. Deze zyn in de grootte van een volkomen Hazenoot, eerst wit, daar na rood, ten laaste blinkt-swart. Onder een weeke slymerige schaal ver-





demum ex nigro splendentes, sub tenui mucosoque putamine bina reconduntur spadicea officula seu nuclei, qui plana parte sibi invicem accumbunt, suntque duri & rugosi, aliquando etiam tres inveniuntur, quorum medius planus penitus & compressus est, nec tam penetrantem spirant odorem ac praecedentis.

## EXPLICATIO

*Tabula Sexagesime Sexta,*

*Ubi Figura prima ramum exhibet Cananga silvestris prima, five trifoliae.*  
*Altera vero figura ramum denotat Cananga silvestris secundae, seu angustifoliae.*

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

*Sampacca. Bonga Sjampacca.*

**A**rbor hæc florifera duplex quoque est, domestica & silvestris; domestica mediocris est arbor instar Mali, trunco longo, paucisque constans craf- fioribus extensis ramis. Folia plurimum binis in ordinibus sibi opposita sunt, sed nullum obseruant ordinem, nec ita copiosa sunt in ramulis quam in *Cananga*, suntque plerumque spithamam vel palmam longa, binos lata pollices, in longum apicem desinentia, paucas habentia obliquas costas, suntque scabra, glabra, & late viridia, vetusta autem folia juniores saepe emittunt ramulos: Ex foliorum alis flores progerminant plerumque gemini uno in petiolo, qui primo sunt capitula longa & acuminate, instar coni, ex quibus flores formantur *Narcissus* similes, fasciculata referentes foliola, uti in *Cananga*, sed multo breviores sunt, magisque aperti.

Singulus flos ex quindecim vel sexdecim crassiusculis & flaccidis constat petalis, quorum quinque extrema vix semi digitum longa sunt & extorsum inflexa quinque alia magis interna erecta sunt ac longiora, quinque reliqua in medio centro posita sunt minima, & instar pyramidis connexa, sub his reconditur pistillum undique cinctum plurimi breviusculis & crassis staminibus, quæ antheras gerunt subrotundas, ex flavo virides. Floris vero color intense luteus seu croceus est, instar vitelli ovi. Odor gratus ac dulcis, sed fortis, ad *Narcissum* accedens, siue remotus, jucundior est quam *Cananga*, nec ita caput gravans. Ab omnibus Indis hi flores inter amoenissimos & dulcissimos habentur, nostræ vero nationi magis naufragii videtur, si diu quis illos subolfaciatur. Jucunditas hæc per longum non durat tempus, faltem non diutius una nocte, sensim enim foeni adquirit odorem, qui in siccis ingratus est, atque hi Macis seu Nucis-moschatae floribus adeo similes sunt, ut pro iis haberentur ab inperitis, odor autem illos facile distinguit.

Post deciduos flores medius ille stylus seu germen ex crescere in longitudinem trium, quatuorve pollicum, atque ex singulis capitulis fructus provenit forma & magnitudine uvæ Muscadellæ seu Apianæ, nunc rotundior, nunc magis sinuofus instar Fabarum vel Renum, qui simul uvarum racemum referunt. Baccæ hæc externe pallide virescunt, rugosæ sunt, & parvis quasi punctis obsitæ, quarum quævis stelliformis est: Pellicula harum exterior cultri crassitatem habet, siue maturus sit fructus, dehiscebat ad ejus partem gibbosam seu convexam, ubi interne exhibit sex vel octo rubentia & angulosa officula; Mali granati officulis similia, sed breviora, in his continetur durum, nigricans, & fere trigonum granum, quod verum hujus arboris semen est. Trunci cortex glaberrimus est & cinereus. Lignum molle, succosum, & inutile. Singulis plerumque floribus supponitur parvum ac viride folium, reliquis simile, sed vix dimidiæ digitæ longitudinem habens, quod eleganter ornat hunc florem, si simul decerpantur. Nullam novi arborem hoc peculiare habentem, quod ex uno nempe flore plurimi ac separati fructus ex crescere.

Anni

verbergenze twee Caftanje-bruine korrels, met baar platte zyde tegens malkander leggende, bart en gerimpelt, somtyds 3., waar van de middelste gantsch plat is, en niet zo sterk van reuk als de voorige.

## UYTLEGGING

*Van de zes-en-zestigste Plaat,*

Alwaar de eerste Figuur vertoont een Tak van de eerste wilde ofte driehjadige *Cananga-Boom*.  
De tweede Figuur verbeeldt een Tak van de tweede wilde, ofte de smalbladige *Cananga-Boom*.

## XXI. HOOFDSTUK.

*Druyve-boom, ofte Oranje-bloem, en Tsjampacca-boom.*

**D**elen bloem-boom is mede tweederlei, tamme, en wilde. De tamme werd een middelmatige boom, als onze appel-boomen, met een laage stam, en weinige dikke uitgebreide takken. De bladeren staan meest in twee ryen schuins tegen malkander, doch houden geen precyze order, en staan zo veel niet aan de takjes, gelyk aan de *Cananga*, doorgaans schaars een span of een hand lank, 2. duimen breed, in een lange spits toeloopende, met weinige schuinse ribben, stijf, glad, en blyde-groen, doch de oude bladeren naast komende, bier en daar jonge scheutjes uitstootende. Uit den schoot der bladeren komen de bloemen voort, meest twee by malkander op eenen steel, zynde eerst lange en spitze knoppen, als kegels, daar uit werd de bloeme, de *Narcisse* meest gelyk, of mede een bosje bladeren vertoonende, gelyk de *Cananga*, doch veel korter, en meer uitgebreid.

Ieder bloem bestaat uit 15. a 16. dikachtige en weeke blaadjes, waar van de vyf buitenste schaars een halve vinger lank, en uitwaarts gekromt zyn, vyf andere na binnen staan meest overeind, en zyn wat langer, en de vyf binnenste zyn de kleinste, en sluiten tegens malkander, als een piramidje, daar onder ziet men een pilaartje, rondom met bleek-groene knopjes bezet, en met vele korte dikke draatjes. De couleur van de bloeme is boog-geel, als een dooir van een Ey. De reuk is lieftlyk en zoet, maar geil, en na de *Narcissen* trekkende, immers van verre aangenaamer dan de *Cananga*, en 't hooft min bewarende. Zy werden van alle de Indianen onder de zoetste en aangenaamste gerekent, doch onze Natie komt by wat walgeleyk voor, insonderheid als men hem lange ruikt. Zyne lieftlykheid blyft hem ook niet lange by, immers niet langar dan eene nagt, want allenkskens begint by booiachtig te werden, en in de gedroogde onlieffelyk. De gedroogde zyn de Foelie of *Muscilate* bloemen zo gelyk van couleur, dat menze daar voor aanzien zoude, doch den reuk onderscheidze terftond.

Na 't afvalen van de bloemen, waft 't middelste pilaartje uit tot in de lengte van drie a vier duimen, en uit ieder knopje aan 't zelve staande word een vrucht, in grootte en gedaante van een *Musschadelle-Druive*, somtyds wat ronder, somtyds wat bogtig, als boonien, of *Nierkens*, en t'zamen gelykende een tros Druiven. De bezien zyn van buiten bleek-groen, ruig, en als met kleine puntjes bezet, waar van ieder de gedaante van een sterretje heeft. De buitenste schelle heeft de dikte van een mes, en ryp zynde, berstze aan de bultige zyde open, vertoonende binnen zes en acht roode, en boekige korrels, die van een Granaat-appel gelykende, doch korter, in dezelve steekt een harden, swarten, schier drieboekigen steen, het welk het regte zaad van dezen boom is. De schorffe des stams is zeer effen, en ligt-grauw. Het bout week, zappig, en ondeugent: Gemeenelyk by ieder bloeme staat een klein groen blaadje, de andere van den boom gelyk; doch niet boven een halve vinger lank, het welk deze bloeme niet weinig verciert, als men zet t'zamen afbrekt. Ik weet geen andere boom van die wonderlyke eigenschap als dezen, namentlyk, dat uit cene bloem vele en van malkander gescheiden vruchten komen.

Say.